

exerceat Episcopalem, univertitatem vestram monemus, & at-
tegnate per Apostolica scripta vobis in virtute sancte obedi-
entia districta precipiendo mandamus, quatenus beneplacitis
nostris imperpetuum obsequentes predicto Episcopo Florentino
de iuribus Episcopalibus plenarie respondere curetis, & alias
eidem nomine intendatis humiliter, & devote. Alio-
quin sententiam, quam idem rite tulit in rebelles, ratam
habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter ob-
servari. Datum Laterani vi. Idus Aprilis, Pontif. N. anno
quinto.

b. *Discordiam.*) Recte, nam bellum, de quo in presenti,
non publicum, solemaque fuit, sed potius civilis dissensio
inter Guelcos, & Gibellinos; unde in ea nec postliminium
locum habebat, nec capta a Pisani, vel e contra, capien-
tium se habent, iuxta legem si quis ingenuum 21. §. 1. ff. de ca-
piviti: unde bona ibi capta veteribus dominis erant restituenda,
l. latronis, ff. de captivis; quam late explicat Ayala de
iure belli lib. 1. cap. 5. num. 40. Capri autem in ea dissensione
duplex ex causa in servitute non redigebatur: prima,
quia in civilibus preliis capti in pradam non vertuntur; un-
de captus in Palmyrena fictione in servitute non fuit, l. cum
negotium 4. Cod. de ingenuis manumissis. observavit Cujacius lib.
3. obscuris, cap. 19. Secunda, quia inter Christianos, quan-
tumvis bella iustissima sint, non datur servitus ex captivitate,
l. 1. tit. 21. par. 4. Gratius de iure belli, lib. 3. cap. 9. n.
19. Clara de his factionibus, seu civilibus bellis, cumalarant
Grotius ubi supra, d. c. 9. Ayala ubi supra, Donellus lib. 3.
communi, c. p. ubi Olinarius lib. 1. Faber in jurispru. tit. 3.
p. 1. q. 11. 3. Madera solummodo, cap. 18. Daerens ad tit. de
rehabilit. c. de his, qui testamenta faciunt, Cujacius l. 26. obscu-
r. d. D. Joseph de Rete l. 3. epist. c. 2. n. 17.

sed ut hujus discordia causa, & presentis textus historia
pendantur, sciendum est, jamdu Italiam in duas partes,
seu factiones fuisse divisam, aliis Imperii iura propugnanti-
bus, qui Gibellini dicebantur, quasi res belli ducentes; Italicis
Quadragesis, cioè, Guardas de Bagaglio; aliis Ecclesie lib-
ertatem, auctoritatemque defendentibus; qui Guelci appel-
lantur, idem fidem servantes, ut aliqui volunt; Italicis Gaur-
datori di se; vel ut alii rectius existimantur, a Vvello, vel
Guelci Pontificis dace cognominati. Hujus dissensionis origi-
nem, & utriusque factionis crudelitates referunt Amiliani
in Anton. tit. 17. cap. 8. Nucleus generat. 38. c. 47. Sigonius
lib. 8. saxon. cap. 8. Spondanus in continuat. Baronii anno
1228. Itz dissensiones, licet aliquando sopite, obliteraque
essent, tamen sæpe sæpius majori crudelitate erupisse, apud
predictos historicos legitur, & præcipue temporibus Frideri-
ci II. ingentes strages contigerunt, maxime in Lucensem E-
piscopatum, ubi Pisani, qui Gibellinorum partes sequeban-
tur, quædam Castra Episcopi Lucensis, villaque, & Gaste-
lla Lucensem occuparunt, Episcopus Lucensis Castra
sua Ecclesie restitui petebat, & post varias Pisanorum pro-
missiones, Gregorius Pandulpho Subdiacono Notario suo cau-
sam spoliationis delegavit, itaut cogere Pisanos statim resti-
tuere quæcumque castra, quæ invasionis tempore Episcopus
Lucensis possederat; super aliis vero, quæ tunc possedisse non
liquebat, cautionem prædictam exegit, sed non cu-
ravit restituere castra ab Episcopo tempore spoliationis pos-
sessa, & Pisanos absolvit: quare iterum Episcopus Lucensis
conquellus fuit coram Gregorio IX. super spoliatione, & re-
stitutione neglecta: Gregorius procellam a dicto Pandulpho su-
per hoc contractum irritavit, ut in hoc textu referatur. Rem-
totam, & hujus lris exitum complectitur Innocentius IV. in
epistola missa Possetati, & Concilio Pisano, quam ex re-
gistro Vaticanis referre Ughellius tom. 3. in Ecclesia Pisana, fo-
lio 108. quam licet prolixam, cum integram præsentis tex-
tus historiam complectatur, eam transcribere libet: (Habet
hoc intentio nostra postimum, ut ad Dei gloriam pax, &
concordia vigeat ubique terrarum. Digne igitur ad vos, qui
præ foribus constituti Ecclesie, oculos mentis dirigimus, ut
ad salutis, & relictudinis sentiam vos de invito reducamus,
ita quod nostris contenti iuribus, vicinis, aut præxiis mal-
lum indigæ molestiam, vel injuriam inferamus. Sane ve-
nerabilis frater noster Lucanus Episcopus nobis exposuit,
quod vos propter gravem discordiam, quæ inter vos, & Lu-
canos civis diversa farrat, afflicti graviter, & acriter, in
manibus pia memoria Celestini Pape prædecessoris nostri,
tunc rituali Sanctæ Mariæ Presbyteri Cardinalis, Apostolica
Sedis Legati, absolute, & præcise iurastis, quod impletis,
& servaveris toto tempore vite vestre omnia, & singula
præcepta, arbitria, pronuntiationes, sententias, atque dic-
ta, quæ idem Legatus vobis per se, aut litteras suas, vel
nuncium faceret uno tempore, vel diversis, pro sciendis,
& observanda pace de guerra, quæ inter Lucanos eisdem,
& vos hinc inde tunc temporis existerat, & super his, quæ
occasione ipsius guerra alterutro facta erant. Quare idem
Legatus inter cetera parti vestre præcepit, ut possessionem,
& quasi possessionem castrorum Moaris Topari, Praticionis,
Sancti Gervasi, Montis Castellii, Palariæ, cum villis, &
pertinentiis suis, & medicatis collicelli Tepiatii, & To-
jani, ac eorum jurium ulque ad certum terminum ab ipso
Legato expressum, restitueretis Episcopo Lucano, & Episco-
pato suo, & eis libere uti permetteretis, sicut utebantur eo
tempore, quo guerra ipsa inter eos, & vos fuerat incho-

Historia
re
servat

ta. Cum autem parere precepto hujusmodi minime curas-
setis, idem Legatus in Vicarios A. quondam Potestatis ve-
stre tunc apud Sedem Apostolicam existentis, & in totum ci-
vitatibus vestre Consilium excommunicationis sententiam pro-
mulgavit, comminatio se contra vos diris processit,
si diutius in vestra duritia durassetis. Deinde vobis
accidentibus ad dicti Legati presentiam, & interpretationem
præfati præcepti presentibus, ipse illud fuit interpreta-
tus hoc modo, videlicet ut vos amoveretis de dictis locis
omnes officiales, quos habeatis in illis, quocumque nemine
conferentur, & tunc dictus Episcopus apprehenderet posses-
sionem, & quasi, quam tempore inchoatæ guerra in eisdem
habebat, quæ tunc inde postmodum oriretur, coram
ipso Legato, seu nuncio ipsius, vel arbitro electo commu-
niter ventitanda. Licet autem dicta Potestas, quæ interim
ab Apostolica Sede redierat, a procuratore ipsius Episcopi
requisita, utrum velle iuxta interpretationem ipsius Legati,
& post restitueret antedicta, respondisset, quod pro ea fa-
cienda per Conradum de Aldanis Judicem, & Assessorem
suum ad loca eadem accessisset; ipso autem Conrado offe-
rente sibi dicto possessionem, facto autem penitus denegante,
idem Episcopus rediit omnino sive sua in hac parte
fraudatus: unde Legatus ipse contra vos aggravans manum
suam, Potestatem, & Consilium iterum vinculo excommuni-
cationis atrinxit, necnon Judices, tabelliones, & officia-
les, ac quoslibet alios civitatis Pisane, qui vobis, in hoc
præfatum consilium, auxilium, vel favorem, nisi ulque
ad festum omnium Sanctorum proximo tunc venturum, pos-
sessionem omnium locorum dictorum iuxta interpretationem
hujusmodi restitueretis Episcopo supradicto: & expresso,
quod illi, qui durante hujusmodi contumacia vobis face-
derent in eisdem officiis: ipso facta vinculo essent excommuni-
cationis atrixit: ipsaque quondam civitatem Ecclesia-
sticam suppositis interdictionibus, diffinitionibus, nec interim
celebraretur aliquod divinum officium, vel exhiberetur eccle-
siasticum sacramentum, exceptis dumtaxat penitentiarum mori-
tationum, & baptismatis privilegium. Porro Episcopus ipse
considerans, quod vos prædictam interpretationem pro vestra
voluntate arbitrio pervertentes, manifeste illustratis eidem,
petit a Legato, ut interpretationem ipsam aperte declararet,
qui eam declarando expresse, quod ejus intentionis erat,
& fuerat, ut ficut nulli civis Pisani, vel aliqui pro eis erant
in castris prædictis ante guerram inceptam: ita nulli rema-
nerent in illis, sed dimitteretis ipsi Episcopo possessionem
eorum, & pertinentiarum suarum liberam, vacuum, & paci-
ficam, sicut antea habebat, salvo vobis jure, si quod habe-
batis in illis: ita tamen, quod hujusmodi retinere, vel au-
thoritate vestra minime deberetis. Pie vero recordationis, G.
Papa prædecessor noster, quia vos hujusmodi sententiam dan-
nabiliter contempnentes, ad mandatum Ecclesie minime redi-
re curabatis, decrevit eisdem sententiam ad peritorem dicti
Episcopi observandas, & per suas litteras mandavit eandem
ulque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari,
procellum venerabilis fratris nostri Pandulphi Potestatis Episco-
pi, tunc Notarii Sedis Apostolicæ, super hoc habitum irri-
tum judicando. Ceterum idem Gregorius Papa postmodum
sperans, quod eo libentius Apostolicis curaretis obedire man-
datis, quo vobiscum ab ipso benignitas ageretur, dictas sen-
tentias de Sedis ejusdem solita clementia relaxavit: sed vos
Apostolica patientia minus prudenter abusi, prædicta castra
Ecclesie Lucane restituere longo expectati tempore non cura-
stis: quare jamdictus prædecessor vobis per Apostolica scripta
mandavit, certis super hoc monitoribus deputatis, ut vos
prædicta castra cum villis, iuribus, & pertinentiis suis iuxta
præceptum, interpretationem, & declarationem prædictorum,
præfatis Ecclesie, & Episcopo Lucano, vel ejus procuratori
restituere abique difficultate qualibet curaretis: sed vos, si-
cut eodem Episcopo acceptis referente, hujusmodi, & alia
directa super hoc vobis ejusdem prædecessoris mandata com-
plere in aliquo non curastis, propter quod dictus prædeces-
sor noster vos, Potestatem, & Consilium, necnon Judices,
tabelliones, & officiales, ac quoslibet alios civitatis Pisane,
qui vobis in hoc præfatum consilium, auxiliumque vel fa-
vorem, in huiusmodi excommunicationis & civitatem vestram
interdicti sententia Apostolica fecit auctoritate reduci. Nos
quidem ex nimieque obligationis hujusmodi admirationem
multam incurramus, & dolorem, præsertim cum evidentibus
signis appareat, quod vos Dei, & hominum reverentiam
non habentes, premium bonæ famæ contemnit; &
animarum salutem, quam pro nihilo reputatis, de promul-
gatis dudum, & pluries ex causis pluribus in vos interdicti,
& excommunicationis sententiam non curantes; propter quod
forte apud aliquos noxam incurritis, quod de paritate ca-
tholica in vobis modicum habeatis. Cum igitur cordi nobis
sit vos, Deo propitio, ad salutem dirigere, ac civitati vestre
pacis, & prosperitatis materiam procurare, univertitatem ve-
stram affectione, quæ postquam, exhortamur, obsecramus in
Domino, & in remissionem vobis peccatorum injungentes,
quatenus penitenti præstent, quod sit indecens, & iniquum
vos dici hæc Ecclesie, & ipsius clavium contempnentes;
memorata castra cum villis, iuribus, & pertinentiis suis,
iuxta præceptum, interpretationem, & declarationem præ-
fata, & omnia quæ a tempore, quo idem Legatus præce-
pit illa restitui, ulque ad hæc tempora exinde perceptis
memoratis Episcopo, & Ecclesie Lucane, vel procuratori
ejus.

eiusdem infra terminum vobis a venerabili fratre nostro Epi-
scopo Florentino, cui super hoc dirigidimus scripta nostra,
præfatum, ac iuxta taxationem ipsorum, si forte inter
partes de perceptis diffinita fuerit, restitueret propretis,
præfates infra jamdictum terminum idoneam cautionem cor-
am ipso, quod in terris eisdem nullam de cetero iurisdic-
tionem exercebitis, nec super eis aliquam ipsi Episcopo, vel
Ecclesie Lucane molestiam intuleris. Alioquin ne perditionis
vestre quodammodo videamur auctores, si vos sub late perju-
rii, & excommunicationis periculo ulterius persistere permi-
tamus, prædicto Episcopo nostris damus litteris mandatis,
ut in vos excommunicationis, & in Civitatem vestram inter-
dicti sententias, omni occasione postposita, non differat pro-
mulgare, ac in omnes, qui vobiscum presumperint habere
commercium, vel vobis contra Lucanam Ecclesiam in aliquo
præfatum consilium, auxilium, vel favorem, serat excommuni-
cationis sententiam generalem, sententias ipsas per Tu-
sciam, & ubiqueque videlicet expedire, publicari solemniter,
& ulque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari
per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita faciendo.
Ceterum illis omnibus de Civitate vestra, & ad quatuor mili-
liaria extra ipsam, qui ex indulto Sedis Apostolicæ possunt
celebrare divina, dicitur præcipitur, ut illis sic ipsi cele-
brent, quod extra ipsorum Ecclesiam nullatenus audiantur:
auctoritas nostra etiam interdicti expresse, quod nullus ex
vobis absolvatur in iuris articulo, nisi prius præstiterit iu-
ramentum, quod effectum dabit operam, & operam, ut eidem
Episcopo fiat prædictorum restitutio, ac præstetur præfata cau-
tio sine mora, & quod tacite, aut expresse contrarium non
faciet, vel tradidit, & canonicè faciet super hoc publicum
instrumentum, quod infra octo dies a præfatione hujusmodi
iuramentum eidem Episcopo, vel eius certo nuncio faciet affi-
gnare. Et prædicto etiam Episcopo expresse mandavimus inter-
dicere, ne aliquis Clericus interit sepulture Pisane, vel eor-
um qui extra Civitatem ipsam sunt infra quatuor milliaria
constituunt; & quod ipsi Ecclesie postea infra idem spatium
extra Civitatem eandem Ecclesiasticam interdictioni supponat,
& Clerici Pisane Civitatis, ac diocesis, ut sententias memo-
ratas singulis diebus Dominicis, & festivis, pulsatis cam-
panis, & candelis accensis solemniter publicent, injungat,
omni postposita gratia, & timore; & quod plura: Ne no-
bis imputetur ad culpam, si aliud quam vobis prædixerimus,
processu temporis faciamus, noveritis quod nisi super præ-
missis promptè devotionis studio nostris mandatis, & moni-
tis pareatis, contra vos in spiritualibus, & temporalibus,
sicut gravius poterimus, procedemus, itaut cervicis vestre
duritia, quæ foment lenitate non flectitur, asperis remediis
inclinetur. Datum Later. II. Idus Maji. Pont. nostri anno 7.
c. Assidui.) Unde bellum favorem rem, cumulum injuriarum
appellavit Plintarchus in vita Camilli, & eleganter D. Aug.
descripsit ejus incommoda l. 19. de Civit. Dei, his verbis:
Quorum malorum multas, & multiplices clades, diras, &
duras necessitates, & per dignum est, eloqui velim, quam-
quam nequaquam, sicut res postulat, possum, quis erit
prolixæ disputationis modus? Sed sapiens, inquit, bella

gesturus est, quasi non, si se hominem meminit; multo
magis dolebit iustorum necessitates, si se existisse bello-
rum fomitem: quia nisi iusta essent, gerenda non essent,
ac per hoc sapienti nulla bella essent. Iniquitas enim par-
tis adversæ iusta bella ingerit gerenda sapienti, imo & ho-
minum est, nisi nulla ex eo bellandi necessitas nascatur.
Hæc itaque tam magna, tam horrenda, tam læva quisquis
cum dolore considerat, miseriam necesse est fateatur: quis-
quis autem vel patitur ea sine animi dolore, vel cogitat,
multo utique miseriam ideo se parat beatum, quod & hu-
manum perdidit seculum. Idem alio loco: Belligerare malis
videtur felicitas, bonis necessitas.

d. P.) Pandulpho videlicet, Notario Gregorii IX. qui pos-
tea electus fuit in Paenitentem Episcopum.

e. Sufficiens cautio.) Quæ dicatur sufficiens cautio, jam
expolui in e. quoniam, ut lite non contest. c. fin. ut pignoriis.

f. Coram vobis.) Nam cum fuissent invalores rerum Eccle-
siæ, coram Ecclesiastico iudice conveniri poterant, iuxta tradi-
ta in e. cum sit 8. de foro compe.

g. Assiduum.) Idem redditum. Itali enim vulgari voce di-
cunt afficere, pro locare, unde affictus pensionem, afficti
redditus significant. Pictum quoque eadem significatione ac-
cipitur in consuet. 1. Federici I. de pace Constantie.

h. Pensionem.) Licet inspecta juris scrupulosa ratione, pro
jure exigendi pensionem non possit dari interdictionem, unde
cum pensionis denegatio non pertinet ad vim expulsi-
vam, sed turbativam, neque detur defectio, sed perturbatio
quasi possessionis, l. cum facti, ff. de vi, & vi: tamen iure
nostro, & usu forensi communiter invaluit, pro hæc quæ
possessionem exigendi pensionem competere hoc interdictionem a-
dori quasi defectio, ut late probant Rodriguez de annis red-
dit. l. 1. q. 15. Barbosa de pensione qu. 2. Solorzanus de iure indici-
n. 2. l. 1. c. 1. m. 31. Mena c. 25. n. 16. Genclius 2. part. de consuet.
qu. 3. art. 9.

i. Confessionem.) Licet enim confessio facta in processu nullo
ex defectu jurisdictionis, quia iudex incompetentis erat, nul-
lus momenti sit, c. ad si Clerici, de iudicis, ubi probavi, ta-
men si processus est nullus propter defectum solemnitatis, &
iuris ordinem non servatum, valida est confessio, ac post
alios docuerunt Anguianus de legibus l. 3. erroro, 26. m. 38. Vega
in d. c. ad si Clerici, n. 7.

k. Terminus iudicamus.) Non quia Pandulphus Pisanos ab-
solvit restitutione non facta, & sic satisfactionem non præ-
missa: sed quia non servavit formam mandati, siquidem
iurisdictione mandata erat, itaut ante omnia faceret restituere
castra, & omnia, quæ possidebat Episcopus tempore discor-
diæ motæ, ut super aliis rebus cautionem reciperet iudicio
sisti in Curia Romana; unde cum cautionem tantum recep-
isset, de restitutione autem non curasset, quia non ser-
vavit formam mandati, processus irritatus fuit a Gregorio
IX. ut notavit jam Vega in cap. 1. de iudicis, numer.
122. c. 123.

Commentarium hujus textus petendum est ex traditis in
primo commentario hujus tituli.

TITULUS XIV.
De dolo & contumacia.
CAPUT PRIMUM.

Alexand. III. a Herfordensi Episcopo.

AD hæc, cum contingat actorem multoties mittendum esse in possessionem causa rei servandæ, propter ab-
sentiam partis adversæ; & per ejus dolum, sive potentiam non possit rem custodiendam nascisci, ac im-
minenti sine annis reus (ne possessionem amittat) debitam offerat b cautionem, cuiusmodi sit pena mul-
tandus (quia iustissimum non parit iudicium) a nobis tua fraternitas requiritur. Ad quod dicimus, quod in
ecclesiasticis personis, & negotiis rigor, & districtio juris non requiritur; sed (cum iustitia propter hoc non
periclitetur) pariter admitti debet, cum reus per cautionem standi iudicio se adstringit.

NOTÆ.

a. *Herfordensi.*) Ita etiam legitur in prima collectione,
sub hoc tit. cap. 1. & post Conc. Later. p. 3. c. 1. De
Ecclesia Herfordensi aliqua notavi in c. 2. de temp. ord.
b. *Offerat cautionem.*) Et simul refundat expensas, ut pro-
bavi in e. quoniam, ut lite non contest. ne periclitetur: imo si
nullum interesse detur nec iuxta juris civilis rigorem interdi-
ctum ne vis fiat, competit, velati si decreta sit possessio ex
falsa causa, l. 1. ff. de hæc verba, ff. ne vis fiat ei: vel si per-
torem decernatur, d. l. 1. §. si quis.

COMMENTARIUM.

Textus iste spectat ad interdictionem, ne vis fiat ei, qui in
possessionem mitti ex variis causis iustis, frustra enim in pos-
sessionem mitteretur, nisi eos Prætor defenderet, l. 1. ff. ne
D.D. Gouzel, in Decretal. Tom. II.

vis fiat ei, quod interdictionem nec est recuperandæ, retinen-
dæ, vel adipiscendæ possessionis, sed tantum retinendæ, vel
recuperandæ custodia, quam consequitur missus in possessio-
nem ex primo decreto, vel simili causa. Gothofredus ad tit.
ff. ne vis fiat ei, litter. 5. Verba edicti hæc sunt: Si quis
dolo malo fecerit, quo minus quis permisso meo, ejusve
cujus ea iurisdicção fuit, in possessione bonorum sit, in
eum in factum iudicium, quanti ea res erit, ob quam in
possessionem missus non erit, dabo. Quibus duplex re-
medium Prætor proponit; aliud est actio in factum aliud
interdictum. Actio in factum est plenaria, & ordinaria; in-
terdictum vero est remedium summarium possessorum: per
utrumque consulit Prætor ei, qui in possessionem mitti iustus
est ex primo decreto, nec dominus, tertiusve fuit cum
possessionem custodia causa ingredi, quo casu interdictionem
hoc est adipiscendæ: si vero jam missus inquietetur, erit
retinendæ: & si deiciatur jam missus, dicitur recupera-
ndæ: docent Miananus de interdici. comm. primo, numer. 48.
L. Me.

Menochius de reu. remod. l. in p. 1. c. 65. Per interdium hoc conuenitur, qui impeditur ingredi, inquietatur, vel deiecitur, ingressum, retentionem, vel manutentionem in custodia nisi actor casu, quo impeditur ingredi possessionem, male Praetorem extraordinarium adire, petereque manu militari in possessionem mitti, l. si quis 2. ff. de vii. h. et. l. qui restituitur 68. ff. de re. p. per actionem in factum plenariam conuenitur actor, quanti eius interfuit fuisse admissum in possessione, vel in ea non fuisse inquietatum, de iur. iud. l. 1. ff. de iur. iud. l. ult. ff. de iur. iud. l. 1. unde interdum fieri potest, quod actor conueniatur estimationem custodiae non adempta, & amplius totam creditam, si illud per praedictam vim amittit: notatur Eginarius Varo l. 6. manual. tit. 4. Faber l. 4. consil. cap. 19. Prout, not. 2. select. disp. 24. thes. 3. Unde quarunt Interpretes, an si actor conueniatur sic per hanc actionem quanti res erat, superfit illi actio contra debitorem, quasi actio in factum poenam, non debitum conueniatur esse? Et si a debitore interesse praedictum conueniatur sit, tertius interesse praestiterit: Et debitorem non liberat, suadet textus in l. 3. ff. de re. iud. exhib. Sed verius dicendum est, liberari, ut probat textus in l. si quis dolo 51. l. 1. ff. de re. iud. ubi si creditor interesse sit a Praetore in possessionem causa rei seruanda, & aliquis prohibuerit eum accedere ad custodiam rei, inquit Paulus quod si venditor, id est tertius ille, qui impeditur missionem, & ad sui satisfactionem urgebat venditionem bonorum debitoris (omissa emendatione Cuiacii l. 12. obseru. c. 23.) praestiterit creditori

quanti eius interfuit, liberari verum debitorem: quia improbum est, ut omnia interessis conueniatur a prohibente totum creditum per actionem in factum, & iterum illud velit consequi a vero debitore. Faciunt pro ea sententia textus in l. si semel 16. ff. de iudic. l. 3. Sicut, ff. mandati, l. qui seruum 30. ff. de iur. iud. l. 1. bona 57. ff. de re. iud. docent Bachovius in notis ad Praedictum in tit. de vii. h. et. Merillus dissentit, c. 19. Nec obstat dicta lex 5. ff. de omni. Bachovius ubi proxime, referenda est ad Iunonem & Iustum ius, quo inspecto actio contra debitorem datur, sed ex dicta naturali ratione eliditur.

His suppositis consultus fuit in praesenti Alexander III. si in causa Ecclesiastica, vel temporali inter Ecclesiasticas personas disceptata res contumaciter abierit, & ideo decreta sit possessio in eius bona, atque per dolum, seu potentiam ipsius actor non possit nancisci possessionem, an si compararetur intra annum, antequam secundum decretum interponatur, & cautionem iudicio sibi praestiterit, teneatur actio in factum in id, quod interest actorem in possessionem mitti esse? Et respondit Alexander, quod cum inter Ecclesiasticas personas, & in causis Ecclesiasticis rigor iuris civilis non obleretur, c. super, de re. iud. l. 1. de iur. iud. l. 1. ideo licet ex dicto tit. ne vis fiat ei, actio in factum ad interesse teneatur: tamen de aequitate canonica, cum iustitia propter hoc non periclitetur, reus intra annum comparendo, & cautionem praestando, relictis expensis in iudicio admittendus est. Aliqua quae ad hunc textum spectant, petenda sunt ex commentario secundo ad titulum, Ut lite non contestata.

C A P U T II.

Idem Abbati de a Ramel. & Archid. b Helien.

EX literis vestris ad nos directis accepimus, quod cum vobis causam, qua inter dilectos filios nostros Monachos de Exollen. & Canonicos Lincoln, necnon etiam Gervasium Clericum super Ecclesiis de V. & M. agitari dignoscitur, commisitsemus sub certa forma definiendam, & Canonicis litterarum nostrarum auctoritate citati, allegando coram vobis e apparuissent, & interdum nec venire, nec responsalem mittere voluissent, se scilicet contumaciter absentantes, licet Monachi ob contumaciam aduersa partis essent in possessionem mittendi, intuitu tamen Religionis suae mitius agere cum eis volentes, possessionem a sequestari feceritis, ut sic saltem Canonici radio affecti cogenter iudicio stare. Tandem vero partibus in praesentia vestra confinitis, & memoratis Monachis Ecclesiis sibi restitui postulauerunt, Canonici responderunt, auctoritatem vestram penitus expraesae, eo quod a Nobis ad alios iudices litteras impetraverint, quae praedictam causam secundum formam priorum litterarum, omni contrad. & ap. cess. definitas, & Canonicos, qui auct fuerunt mandatum nostrum eludere, & per libereptionem huiusmodi litteras imperare, quod nuntius eorum plenius recognouit, ad meritum, & poenam aliorum, expensam, quam nunc Monachi ad nos mittendo fecerunt, eis remoto ap. obli. reddere compellatis.

NOTAE.

Ramel. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 2. & post Conc. Later. p. 1. c. 6. Sed legendum est, commisitsemus: Quia dicitur enim Archiepiscopus Eboracensis, vir qui ob puritatem vite in catalogum Sanctorum adscribitur, constituitur canonicum Ordinis D. Benedicti in pago Lincolnensis diocesis, qui Ramel dicitur, iuxta Elyr insulam, ut refert Polydorus Virgil. l. 7. Angl. pag. 126. cuius Monasterii Abbat missa est haec decretalis, & text. in c. ex par. 9. de sponsal. c. 5. de iustit. in 2. collect.

Helien.) Legendum est, Elynesi, quae est dignitas Ecclesiae Lincolnensis, ita dicta a praedicta insula Ely. c. Approuisest. Non tamen ut litem conuenerunt. d. Inuitu Religionis. Haec verba late exposuit in c. quoniam, §. in alio, ut lite non contest. c. Sequelari feceritis. De sequestratione ob contumaciam agemus in titulo de sequestr. possess. c. Mando priorem. Unde primam rescriptum durat, cap. 3. ubi late probati, de rescript. g. Malitiam & dolum. Ut probat late Barb. in actione.

C A P U T III.

Idem Exonien. & Vigorn. Episcopis, & Abbati Herforden.

Causam, quae inter F. & R. filium Agatha, de nativitate ipsius A. vertitur, vobis, fratres Episcopi, & Londonesi Episcopo commissimus terminandam. Et infra: Ceterum si aduersarius suus legitime b citatus ad praesentiam vestram accedere, vel iudicio Ecclesiae parere contempserit, aut e etiam se absentauerit (cum de Anglia recessisse dicatur) procuratorem eius, si quem reliquerit, convocetis, qui sine venerit, sine non; aut si procuratorem non dimiserit, denuntiationibus ad domum eius missis, receptis testibus alterius partis, iuxta dictam formam ad proferendam sententiam procedatis.

NOTAE.

Idem.) Inscriptionem, & casum huius textus exposuit in c. causam 17. de offi. deleg. b. Legitime citatus. Tribus edictis, aut uno pro tribus, iuxta ea quae adduxi in secundo commentario, ut lite non contest. c. Aut etiam. Tribus modis contumaciam committi, docet hic Alex. III. Primo, si citatus non comparuerit, ut etiam docetur in l. contumacia 74. ff. de re. iud. secundo, si vocatus parere contempserit, c. de iudic. l. unde ff. si quis ius dixerit. Tertio, si sine iudicis licentia recessit a iudicio, c. constituitur. 12. de procu. quibus adiungo quartam, si latitauerit, itaut citati non possit, de leg. contumaciae 53. §. 2. c. ult. §. porro, ut lite non contest. c. Ad domum missa. Ut in c. ult. de eo qui mittitur in possess. l. vno 39. §. supra, ff. ad l. Jul. de adu. l. c. qui §. ff. quod vi aut clam, §. si res, §. oportet, ff. de excus. iur. l. 1. ff. de iheris agnos.

Exonien. §. Prator, ff. de damn. infecto, l. 2. c. de annal. except. l. 1. c. Theda, ff. de iur. iud. l. 1. Theda, de iur. iud. Cum enim citatus alibi inuenti non potest, fit similis denuntiationi, siue ut veteres vocabant, obvagulationi, ex illo cap. legis XII. Tab. Cum testimonium desuerit, ternis diebus ad partem obvagulationum iro.

COMMENTARIUM.

PRO huius textus vera interpretatione sciendum est, praesentem rubricam in prima collectione, & post Concil. Later. p. 2. ita concepti: De dolo & contumacia alterius partis pendenda; & in Codice Theoc. additur: Et de advocatione non expectanda. Unde deducunt Doctores, in praesenti titulo agi non solum de reo contumace pendendo, verum de actore contumaciter absente; ad quam secundam partem rubricae spectare praesentem decisionem, in qua absente actore, etiam

etiam lite non contestata, testes recipi, & sententiam definitivam proferri posse, Glossa, Cuiacius, & omnes repetentes existimant, qui affirmant, & supponunt, quod si actor actione proposita iudicium deseruerit, testes recipi, & definitivam sententiam proferri potest, non obstante iuris utriusque regula, quae dicit, lite non contestata, nec testes recipi, nec sententiam proferri posse. Adducunt pro hac sententia textum in authent. qui semel, Cod. quomodo, & quando; quam ita accipiant Acced. Bartol. & Baldus; & Richerius ibi, Marefilanus notab. 17. Greg. Lopez in l. 9. tit. 22. partit. 2. verbo Comencado, Cuiacius in notat. 59. circa finem, Gaillus l. 1. praet. obseru. 59. qui illam rationem adducunt, quia cum actor ex sua voluntate iudicium suscipiat, nec ut reus invitatus accedat, ut probati in d. cap. quoniam, §. in alio, in princ. censetur maior & gravior contumacia actoris, quam rei; & ideo severius punitur, & difficilius purgatur, ut pluribus relictis docet Menochius de arbit. casu 45. cui rationi & alia adijungi potest, videlicet quia cum actore non probante, reus, etsi nihil probaverit, absolvendus sit, l. qui accusator, C. de educato, l. fructus, C. de probat. l. nihil, C. de testibus; recte statutum fuit, ut actore contumaciter absente, & intentionem suam non probante, reus, si negaverit, & exceptiones probaverit, absolvatur; si autem non probaverit eas, saltem ab observatione iudicii liberetur, ut notat Covarr. l. 1. var. c. 1. n. 9. Malcardus de prob. vol. 1. concl. 26. Sed licet haec communis doctrina, quatenus docet actore absente, testes recipi, & sententiam proferri posse, vera sit; tamen quatenus supponit tunc testes recipi, & sententiam proferri, lite non contestata, meo iudicio continet calum impossibilem; nam si actor proposuit actionem, moxque reus citatus comparuit absente jam actore, lis legitime contestatur, si

quidem; ut probati in c. unice, de liti. concess. per petitionem actoris, & negationem rei lis contestatur, nec desideratur praesentia utriusque partis; unde data petitione actoris, & secuta rei negatione, ut Doctores supra laudati supponunt; iudex testes recipiendo, & sententiam proferendo, non procedit, lite non contestata. Nec contrariae sententiae faveat praesens textus, ex cuius serie constat, ipsum actorem iudices impetrasse, & in ipso rescripto actionem suam proposuisse; unde comparante postea reo, lis contestata fuit, licet jam abesset ab Anglia Provincia actor. Nec etiam facit pro dicta sententia textus in d. authent. qui semel: nam cum ibi actor, ut ex prioribus rationibus constat, semel ad iudicium accessisset ibique libellum principi obtulisset, censetur non dabie ex parte sua lis contestata, ut tenent Petrus de Bella Pertica in l. edita, C. de adendo, Bartolus in l. naturaliter, §. nihil, n. 31. ff. de acquir. possess. quae contestatio ex parte rei perfecta fuit eo respondente, licet actore iam absente, ut probant Jason in d. §. nihil, n. 179. Felinus n. 4. Mantus n. 7. in d. c. unice, de liti. concess. quae praxis communiter recepta est, & approbatur in l. 2. tit. 4. l. 4. recip. ut iam notatur Gregorius in l. 3. tit. 10. p. 3. verbo En latin. Unde constat, in specie dictae authenticae non procedi ad definitivam lite non contestata, ob specialem odium actoris contumacis, ut communis sententia tenet, sed potius lite contestata ex responsione rei ad libellum actoris absentis. Nec refragantur huius interpretationi illa verba dictae authenticae, qui semel, etiam si lis adhuc cepta non sit; quibus probari videtur, litem non fuisse contestatam, verba enim illa iniuncta causae expriment, non tamen negant, postea respondente reo litem contestatam censeri, ex supra traditis; & ita posse iudicem causam definitivam terminare.

C A P U T IV.

a Urbanus III. de Novo Loco, & de Viger. Prioribus.

PROut nobis. Et infra: Reum, qui contumaciter a praesentia vestra recesserat, juratoriam coegitiss exponere cautionem, quod coram vobis iuri pareret. Cumque die praefixa vestro se conspectui praesentasset, praetere b advocari quem non habebat, respondere solita malicia recusavit. Tandem actore instante respondit, quod quadraginta annis decimas, de quibus erat contentio, percepisset, variisque postmodum excusationibus utens, in vocem appellationis prorupit, & contumaciter iuramento contempto recessit. Ideoque mandamus, quatenus ad convincendam eum malitiam, semel eum ad praesentiam vestram convocetis, & si venerit, finem imponatis negotio competentem, quod si venire contempserit, quae ingertur, contestata definitiva sententia terminetis, vel praesenti venire adjudicetis possessionem, servata dumtaxat quaestione proprietatis absentis.

NOTAE.

Urbanus III.) Ita etiam, paucis mutatis verbis, legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 4. Prioratus isti sunt Ordinis Augustini in Anglia, in comitatu Surticie, sub Vintoniensis Episcopo; Prioratus de Novo Loco mentio fit in c. causam, de appell. ubi notavit Cironius in c. 5. de Parochiis. b. Praetere advocati.) Haec verba exposuit in c. 1. de offic. iud. c. Eius malitiam. Veluti ex abundantia, novell. 115. Justini, c. qui transcripsit haec verba Urbanus III.

contumacia alterius partis punienda, & de advocatione non expectando. Cum enim esset controversia de quibusdam decimis inter Clericos, & Monachos, reus contumaciter abesse coepit: sed cum comparuisset coram iudicibus, proposuit defectu advocati respondere non posse, & interrogatus ab adversario, in iudicio confessus fuit, se per quadraginta annos decimas possidisse, & variis exceptionibus propositis, in vocem appellationis prorupit, & neglecto iuramento, contumaciter recessit: in qua facti specie consultus Urbanus III. decrevit, ut si de merito causae loqueret, sententia definitiva proferatur, cum jam lis sit contestata per citationem, & rei responsionem, ut in cap. dudum, de elect. cap. per tuos, de appell. alias si de causae merito non loqueret, possessionem adjudicaret actori, reservato tamen iudicio proprietatis iuxta formam propositam in cap. quoniam, §. in alio, ut lite non contest.

COMMENTARIUM.

Textus iste spectat ad tertiam partem rubricae, quae ut dixi in antiquis collectionibus concipitur: De dolo, &

C A P U T V.

a Innocentius III.

FLnem litibus & cupientes imponi, ne partes ultra modum graventur laboribus & expensis, d praesentem cum de beneficiis, vel officiis ecclesiasticis litigatur, quae sine dispendio diu vacare non possunt, praesenti decreto statuimus, ut postquam intentionem suam altera pars fundaverit, si reliqua forte voluerit legitimam exceptionem opponere, quam nolit, aut nequeat in continentem f probare, quia frequenter ad g impediendum, vel differendum processum exceptiones huiusmodi pro excogitata malitia opponuntur, ad solvendas alteri b moderatas expensas ex nunc in iudicio faciendas, cum acceptis iudicis, si forsitan in probatione desecerit, condemnentur: & si solvendo non fuerit, alias satisfactum secundum arbitrium discreti iudicis puniatur, ut hoc saltem timore i perterritus, non facile quis in gravamen alterius falsas exceptiones opponat.

NOTAE.

Innocentius.) Ita etiam legitur in tertia collectione sub hoc tit. c. 1. & cum hic proponatur constitutio Innoc. III. proprio motu edita ex consilio fratrum suorum, non autem epistola decretalis, non adicitur Praelatus cui mittatur, quia ab omnibus, & in omnibus causis praesentem constitutionem pro lege Pontificia generali observari voluit Innocentius. b. Finem.) Licet finis litium quo executione sententiae accipitur apud Paulum l. 5. sentent. tit. 5. de officio sententiarum, & finibus litium, leg. a D. Pao, §. 1. dig. de re. iudic. l. 1. seu D. D. Genzal. in Decretal. Tom. II.

tantum Roma dictam etiam in Provinciis posse Praefides, si hoc iussu fuerint, ad finem persequi, Imperator rescripsit: in praesentem tamen accipitur pro liti, iudicique exitu, ut in l. 2. ff. de re. iudic. l. non distinguimus 32. §. quatuor, ff. de arbitris, l. adito 23. ff. de iure iudic. l. ult. ff. pro suo; notavit Fornerius l. 1. select. c. 18. c. Cupientes.) Boni enim Principis studium debet esse lites finire, ac minuire, c. iurgantium, de re. iudic. l. 3. §. 1. ff. de receptis, l. 1. ff. de iure iudic. leg. ult. ff. pro suo, l. 1. §. unde queritur, ff. de novi operis nupt. l. 4. §. 1. ff. de alienat. iud. l. quidam 21. in fine, ff. de rebus creditis, leg. procuratorem 13. C. de iud. leg. 21. C. de fide instrum. l. libibus 20. C. de agricolis, l. 11. Unde conciliari debet.

debet lex iam tamen, si si camen fuerit, ff. iudicatum solvi, cum lege 31. §. 1. de pignori, l. i. §. 1. de C. & A. Et C. de nova cond. olim dispensationem, de iud. cum per lites foveantur inimicitia, odia, & iniuria, ut prudenter censuit Cuius Silius apud Tacitum lib. 11. annal. in primo. non aliter quam per praeia, quibus apposite a Juvenali comparantur faty. ult. libi.

Nec levia forei pugnemus arena. Nec minor ex his, quam ex illis damna Reipublice accidunt, ut recte execrantur ex factis, profanisque testimoniis Lapsus h. 2. de civil. disp. c. 11. Othaldus ad Donel. l. 17. c. 1. ltr. C. Robertus l. 2. rerum iudic. c. 16. a princ. & c. 19. post medium, Solorzanus l. 1. de iure iudic. lib. 3. c. 3. n. 7. & c. 13. polit. c. 31. in fine, & c. 15. c. 8. Collega noster D. Larrea l. 1. de i. c. 4. n. 8. & c. 38. n. 14. & c. 39. Robadilla l. 2. c. 3. polit. c. 14. n. 77. pollic. & pollicite differentes Joannes Barclajus in Argenteis, l. 3. pag. mlti 375. Vermuleus differt. polit. differt. 6. Forsterus ad Tacitum, pag. 222. Fornerius l. 3. ver. quoriam c. 1. Baldum. in prolog. ad tit. de aut. Solorzanus de iure iud. l. 3. c. 3. n. 8.

d Praesertim.) Ideo maxime; ut comprehendantur etiam aliae causae civiles: dictio enim praesertim, plerumque includit alios casus, ut probat Barbosa de dictionibus, dist. 177. c. Diu vacare.) Ut probavi in capit. no pro defectu, de elect.

f Probare.) Reus enim, quia in exceptionibus actor est, debet eas probare, l. si quando, C. de praes. trigint. g Impediendum, vel differendum.) Ad impediendum, si exceptio peremptoria est, cuius proprium est impedire, & perimere iudicium; ad differendum, si tantum exceptio dilatoria sit.

h Moderatas.) Consonant textus in c. 1. in fine, de sequer. possell. c. cum olim; hoc tit. cap. 3. ut lite pend. Recte adiecit Innocentius moderatas: nam reus condemnatus non tenetur solvere immodica honoraria advocatis praestita, vel spualas supra modum viatoribus datas; sicut nec tenetur Dominus contraria actione mandati procuratori solvere, nisi legitimas, & probabiles, l. qui mutuum, §. uti ff. mandati, l. libero 31. §. uti ff. de negot. gestis, Vinnius l. 1. seled. c. 37. Unde iudex, cui earum taxatio competit, eas tantum estimabit, quas facere meris est, l. proponendum, cum sequenti, C. de iud. c. 1. de exc. l. 6.

i Timore perterritus.) Ideo victus victori, si iustam causam litigandi non habuit, expensas solvere cogitur, leg. cum qui timore, l. proponendum, §. fin autem, C. de iudic. c. calumnia, de Janis: exponunt late hanc juris pariem de expensis in iudicio solvendis relati a Fermofo in hoc textu, q. 6. Pichardus in §. hoc autem, Insti. de pana temere, Cuiusius l. 37. Pauli ad edit. in l. 2. dig. si voveris nomine, & dicemus in d. cap. calumnia.

C A P U T V I.

Idem a Praesino Episcopo Ap. Sed. Legato, & Decano Brimen.

Cum dil. fil. Magister S. Leodien. & H. Lundunen. Canonici, nuntii dil. fil. H. disti b Leodien. electi, pro eo quondam ad Sed. Ap. accessissent, dil. fil. L. Archidiaconus, & A. Canonici Leodien. nomine suo, & quorundam Canonico- rum suorum L. Archid. H. Cantoris, L. praepositi S. Petri, & quorundam aliorum, quorum litteras de e rato super eodem negotio exhibuerant, ad nostram postmodum praesentiam venientes, contra eundem H. quendam crimina proponebant, per quae nitebantur cum ab electione Leodien. Ecclesiae repellere, ut indignum. Et infra: Quamvis autem ex eo, quod praedictus H. a gravamine praedictorum Archid. & Henr. & sociorum ipsorum Canonico- rum Leodien. sicut dicebatur, ad Sed. Ap. appellaret, & appellationem non fuerat interpositam per sufficientes procuratores, cum posset, illis prosequentibus prosequutus, non levis exorta esset suspicio contra eum. Volentes tamen in omnibus iuris d ordinem observare, ipsi districte praecipiendo mandavimus, ut usque ad e Dominicam, quae cantatur. Ego sum pastor bonus, transactam, per se, vel per sufficientem procuratorem sufficienter instructum, ne postmodum per dilaciones, vel occasiones quaslibet subterfugere videretur examen, ad praesentiam nostram accederet, super praedictis omnibus responsurus, alioquin cum assignaretur ei peremptorie terminum supra- dictum, sciret, quod quantum de iure possimus, procederemus ex tunc in negotio memorato. Expectantibus igitur adversariis eius apud Ap. Sed. ipsum diu, etiam ultra terminum duximus expectandum: sed ipse nec venit, nec sufficientem procuratorem direxit, sed simplicem solummodo nuntium excusationis eius litteras deferentem; scribebat enim, quod praedictum magistrum S. nuntium suum, cui nos, cum a nobis recederet, innoximus viva voce, ut citaret eundem, sero receperat: unde non poterat tum propter termini brevitate, tum propter viarum discrimina nostro fe conspectui praesentare. Sed contra hoc pars proponebat adversa, quod scit excusatorem ad nos direxerat, sic dirigere poterat responsalem, cum ei non fuisset injunctum, ut ad causam dumtaxat in propria persona veniret, sed vel isse accederet, vel procuratorem idoneum destinaret. Praeterea cum mandatur alicui, ut ad certum terminum fe iudici repraesentet, duo sub hac forma mandantur, ut ad iudicem veniat, & ad diem sibi praefixam accedat. Unde si venire non possit ad diem assignatam, teneatur se nihilominus iudici praesentare, sicut ratio suggerit, & legitima sanctio manifestat. Si enim i mandatur alicui, ut alii ad certum diem rem certam exsolvat, non ideo erit a manda- to solutus, si solvere nequivit die data, imo ad solutionem elapso etiam die solutioni praefixo tenetur. Qua- propter quia praedictus H. nec venerat, nec sufficientem miserat g responsalem ad diem sibi statutum, vel post eam diutius expectatus, nec de vicino ejus adventu spes erat, utpote qui per litteras utrimque excusaverat moram suam, & calores activos, & infidias sibi positas formidabat: cum de consilio fratrum nostrorum reputavimus contumacem, & ad legitimis, & moderatas expensas, quas adversarii eius fecerant a tempore citationis emissas, quam ex tunc expectare inceperant, ipsum curavimus condemnare: quod de H. Praeposito S. Dionysii dicebatur interim ab ali- quibus atrenatum, frivolum reputantes.

N O T A E.

a Praesino.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. Hanc inscriptionem exposuit in c. dudum 19. de elect. Casum huius textus referit Alesander in pres.

b H. Leodien.) Hugonis videlicet II. de Petraponte, qui electus & consecratus fuit a Gaudone Cardinale anno 1200. ut refert Frater Petrus Cratepolius in Catal. Episc. Laonien. n. 36. c. De ratio.) Et ita abique maudato admitti poterat, ut probavimus in c. 1. de proce.

d Juris ordinem.) Principes enim juris ordinem observare teneant, c. in casu 14. de re iudic. & in dubio potius ordinaria, quam absoluta potestate uti intelligitur, l. 1. C. de heredit. pet. Nec contrarium probat textus in c. ad petitionem 22. de accusat. ubi sententiam privationis latam ordine iudicario non servata, Pontifex probat. Et quod ordo iudicis observatus non fuit in eo textu, prater quam quod ex ejus serie manifeste apparet, probat duplici ratione. Prima, quia Legatus Cardinalis, qui privationis sententiam tulit, erat iudex incompetens, quoniam causa illa specialiter fuerat aliis iudicibus delegata, ideoque Legatus de ea cognoscere non poterat, c. de officio Legat. Secunda, quia Cardinalis fuit ut suspectus recu- satas, & simul ab eo appellatio fuit interposita, & qualibet ex his causis sufficiens erat, ut ultra non procederet, suspensa iurisdictione, c. si quis contra 4. de foro compet. c. cum speciali 61. de appell. & contra iuris ordinem edit, ut iudex recusatus, vel a quo appellatum est, de causa cognoscat, l. iuris ordinem, C. de iurisdic. Igitur Pontifex non tenetur iuris ordinem servare. Glossa in d. c. ad petitionem, verbo Resistantibus, quam sequitur Innocentius, & alii antiquiores exultant, Pontificem pro-

cessisse de plenitudine potestatis: quam sententiam etiam amplectuntur Gilkenius in l. 1. C. de lris consess. Barolus in l. 2. mltius, n. 5. ff. de minor. Sed hac sententia resellitur ex proxi- me dictis, quia in dubio non creditur Principem nolle ob- servare iuris ordinem, nisi expresse in eo dispesaverit, ar- gumento textus in l. quidam 57. ff. de re iud. de cuius expositione videndi sunt Oualdus lib. 17. Donellus, c. 24. et ltr. H. A- maya in l. 1. C. si servus, aut libert. Quare omnia hac interpre- tatione, & alia Bartoli in eo textu, asserendum est, Ponti- ficem in d. c. ad petitionem, ordinem juris observasse; nam co- ram ipso consistit per legitimos iudices tramites de crimini- bus, quae coram Cardinale Legato contra Abbatem objecta fuerant; ac proinde Pontifex non approbavit sententiam pri- vationis latam a Cardinali Legato ex actis, quae apud ipsum Cardinalem constituta fuerant, omisso, & inverso iuris ordi- ne, sed ex actis ordinate, & legitime factis coram ipso in appellationis instantia. Unde licet secundi Abbatis electio facta fuisset turbatis iuris forenstitatibus, tamen coram Pon- tifice in eodem appellationis iudicio consistit de idoneitate electi, & ideo confirmata fuit eius electio.

e Dominicam.) Quo casu citatio valet, quia non habetur reo, ut comparat die ipsa feriata, nec citatio fit ad diem feriata, quia tunc non valet, lib. 2. dig. si quis in ius vocatus, l. fin. Codic. de feris: sed tantum praenitur ter- minus usque ad talem Dominicam, ut infra illud tem- pus possit comparere, & alias eo non competente, con- tumax iudicatur, caput, veniens 15. de accusat. ibi: Unde praedictum Episcopum ad festum resurrectionis Dominicae perempto- rie nos meminimus citavisse. Docent Suarez, Fagundes, & Castro Palao laudati a Fermofo in capit. primo, de

de feris, numer. ducimotetio; & nos in capit. final. eiusdem tituli. Et enim mandatur.) Consonat lex Celsus, §. 1. ff. de recept. & fidei ea iuris ratio: nam tempus certum adiectum contra- ctui, nancquam ingreditur substantiam obligationis; unde quemadmodum adiectum inchoanda obligationi illam non suspendit, licet petitionem differat: ita adiectum solutioni, & executioni illam non perimit, fed transactio eodurati obli- gatio; quod recte exponit Sanchez l. 1. de maritum. disp. 53.

quando scilicet tempus contractui celebrato adiecit, quia tunc duo contractus praedantur, alter faciendi, alter certo tempore faciendi: si autem in iplo contractu dies apponatur ante illam obligationem, censetur adiectum restringendi cau- sa; unde elapso tempore finitur obligatio, saltem ex excep- tionis, ut prosequitur Sanchez ubi sup. g Respondetur.) An legitime impediatur teneatur procurato- rem instituire, examinari in cap. quorundam, de pro. ubi hunc textum exposui.

C A P U T V I I.

a Idem Armachan, & N. b Casellen. Archiepiscopis, & N. Episcopo Laonien.

Cum olim D. ad Sedem Apostol. de Hibernia partibus accessisset, bona memoriae C. Pap. praedecessori nostro diversas diversorum Praelatorum Hibernien. litteras praesentavit, quibus se assererat in e Episcopum fuisse Roscen. electum. Cumque nullus apparet, qui aliquid proponeret contra eum, dictus praedecessor nosse ei per bon. mem. A. Alban. Episcopum munus fecit confectionis impendi, & ad suam eum remisit Ecclesiam consecratam. Postmodum vero dilecti filii Flor. & E. Monachi ad eisdem praedecessoris nostri praesentiam accesserunt, quorum uterque fe asseruit a Canonici Ecclesiae Roscen. electum: sed idem F. quod praedictus D. ad eandem Ecclesiam fuisse apud Sed. Ap. quam per falsas litteras circumvenerat, consecratus, exposuit, propter quod idem praedecessor nosse causam coram vobis, fratres Casellen. & Laonien. Episcopi, sub ea forma commisit, ut de forma, & pro- cessu electionis memorati D. sollicito quaereretis, & si cum electum canonice fuisse constaret, ipsum faceretis pacifica possessione gaudere, alioquin inter praedictos F. & E. audiretis causam; & cuius electionem canonicam, & magis rationabiliter factam inveniretis, ratione curaretis alterius electioni praeserre, ac tu, frater Casell. alterum eorum, quem rationabiliter duces confirmandum, in Episcopum consecraret. Verum (sicut ex litteris vestris accepimus) cum dicta commissio vobis fuisset littera praesentata, juxta tenorem earum de electione praedicti D. inquirere volumis. Sed cum a vobis tertio citatus vestro se nollet conspectui praesentare, procedentes in causam, tam ex testimonio Cleri, & Populi Roscen. Eccles. quam asserente Illustris Regis d Corcaja, & Praelatorum ipsius Provinciae, de praedicto F. electionem fuisse celebratam canonice didicistis, & eam postmodum auctoritate curassit Apostolica confirmare: praesertim cum Decan. Archidiacon. Cantor, Thesaurarius, & totus Clerus, & Populus Roscen. Eccles. dictum D. se non elegisse constanter assererent, nec de praedicti E. Monachi electione aliquatenus cogitasse. Interim autem memoratus D. ad Apost. Sedem accedens, & nullam penitus de commissione praedicta, vel etiam de praedictorum electionibus faciens mentionem, nobis suggerere non expavit, quod cum ad Roscen. dicecesim cum praedictis praedecessoris nostri litteris remearet, supra dictus Rex Corcaja ipse fecerat inhiberi, ne dicecesim, vel Ecclesiam Roscen. intraret, donec ei certam solverit, vel saltem promiserit pecuniae quantitatem. Cum autem postmodum amici eius, praeter ipsius conscientiam certa Regi munera promississent, ipse ad Ecclesiam suam admittis, in ea per annum & dimidium ministravit. Sed cum promissam ab amicis suis pecuniam noluisse extol- vere, Rex ira commotus Decano mandavit, ut ei reverentiam nullatenus exhiberet, qui licet dicto D. iuramento teneretur adstrictus, quia tamen ab eo pro filio suo adhuc parvo Archidiaconatum non potuit obtinere, quinta feria majoris hebdomadae oleum, quod benedicti debebat, furari praesumpsit; & quamvis propter hoc ab eo fuerit ex- communicationis vinculo innodatus, nihilominus tamen tertia feria septimanae sequentis Roscen. Ecclesiae libros fur- tivit, & ad Regem contra ipsum fe transferre minime dubitavit. Quorum duorum molestis fatigatus, terram ipsius Regis coactus exivit. Propter quod a nobis ad vener. fratrem nostrum Fernen. Episcopum, & conjudices suos litteras impetravit, qui memoratum Regem diligentius inducerent, & monerent, ut ipsum sine alicujus exactioe pecuniae ad Ecclesiam suam secure redire permitteret, & administrationem Episcopatus, tam in temporalibus, quam in spiritualibus exercere, alioquin cum excommunicationis vinculo innodarent, & terram ejus subiecerent interdicho, neutram relaxaturi sententiam, donec super receptione ipsius mandatum Apostolicum admittiret, memoratum quo- que Decanum, si eis de praemissis constaret, ab officio, beneficioque suspensus ad Sedem Apost. venire compelle- rent, & donec resipisceret, excommunicationem faceret publice nuntiari. Praeterea contra Episcopum Corcajen. & P. Monachum litteras impetravit, asserens eundem Episcopum jura Roscen. Eccles. detinere, ac eundem F. Monachum in Archid. & Clericos manus injecisse temere violentas. Ceterum eodem D. a nobis cum hujusmodi litteris recedente, fere post triam mensium spatium dictus F. Monachus ad Sedem Apost. accessit, & ex parte vestra nobis litteras praesentavit, quae qualiter a vobis in commissione praedicta processum fuerat, continebant. Cum fratris igitur nostris habito super hoc diligenter tractatu, timentes ne sicut praedecessor noster dictus per litteras, quas idem D. ei praesentaverat, dicitur circumventus, nos etiam circumventi contingeret per litteras vestras nobis ab eodem Monacho praesentatas, volentes adhuc misericorditer agere cum absente, ut & ejus malicia fortius convincatur, dictum F. Monachum ad vos communitur duximus remittendum, fraternitati vestrae per Apostolica scripta districte praecipiendo mandantes, quatenus eo non obstante, quod ejus fuit electio confirmata, praedictum D. si in Hibernia poterit inveniri, legitime citetis ad causam, & facultate sibi defensionis indulta, solum Deum habentes pra oculis, in causa ipsa canonice procedatis: quod si forsitan in Hibernia inventus non fuerit, indulto ei unius anni spatio, ex quo ad nos, est non verbo, e facto tamen intelligitur provocasse, atrepto itinere ad Sedem Apostol: veniendi, dicto F. administrationem Roscen. dicecesis tam in spiritualibus, quam temporalibus auctoritate fressi Apo- stolica committatis; quo elapso cum non differatis in Episcopum, sicut canonice fuerit, consecrare. Si vero praedictus D. inventus in Hibernia, & citatus legitime intra tres menses vestro fe conspectui denuo contempserit praesentare, ad consecrationem praedicti F. sicut dictum est, omni contradictione postposita procedatis. Ne autem per appellationis, vel recusatationis subsidium vester possit impediri processus, partibus omnem appellationis, & recusatationis penitus interdictionis facultatem, ne contingat Roscen. Eccles. quae fere triennio jam vacavit, diutius carere Pastore. Adhuc vobis, fratres Archiepiscopi, per Apostolica scripta mandamus, & districte praecipimus, ne nobilis viri N. Comitris de Mauritania, vel cuiusque secularis potestatis gratia vel timore praetermittatis ulterius, qui electus canonice confirmatus, prout ad vos pertinet, sine dilacione qualibet consecrationis beneficium impendi- turi, ne plus videamini homini, quam Deo deferre. Quod si non omnes, &c. duo vestrum, &c. Datum Perusii xv. Kal. Octob.

N O T A E.

a Idem.) In tertia collectione, sub hoc tit. cap. 3. & in hac tertia collectione tantum legitur Armachan, & Casellen. in epistolis autem Innocentii a Sirleto editis, ex quibus ita restitutum integrum huius textus, additur Laonien. & re- dicit, ut ex tertia serie constat. De Ecclesia Armachana non- nulla notavi in c. quod sicut, de elect. b Casellen.) Legendum est, Casellen. quae etiam est Eccle- sia Metropolitana Hyberniae, habens suffraganeam Ecclesiam Laonienem, cum aliis, ut ex Candeno refert Carolus a S. Paulo in Geograph. sac. pag. 170. c Episcopum.) Cum aliis duobus, juxta adducta in cap. si Archiepiscopus, de temp. ord. d Regis Corcaja.) Hibernia enim olim habuit plures Regu- D. D. Gonzalez, in Decretal. Tom. II.

los, inter eos non infimum Regem Corcaja, quae est una ex quatuor nobilissimis Provinciis Hiberniae, in qua est Roscia, de cuius Ecclesia agitur in hoc textu, ut refert Polyd. Virg. l. 3. hist. Angl. fol. 218.

e Facto.) Iter videlicet arripiendo, de quo appellationis genere agemus in c. 1. de appell.

In hac diffusa decretali proponitur, Danielem Romano- Pontifici falso retulisse, se unanimi consensu in Episcopum Roscenensem fuisse electum: sed cum idem asseruissent alii duo Monachi, Franciscus videlicet, & Guillelmus, ejus causae cognitio commissa fuit Armachano, & Casellen. Archie- piscopis, & Laonien. Episcopo, qui cum tribus editis Danielem evocissent, ille nancquam comparuit, quare il- lius contumacia cognita, ceperunt eo absente de causa cognoscere; & apprehenderunt, neque Danielem, neque

Text. pro- positur.

Caulem fuisse electos, sed tantum Francicum fuisse cooptatum in Episcopum Rolsensem, cuius tantum electionem confirmavit. Daniel coram Innoc. III. comparuit, & conquestus fuit injustitiam predictae sententiae. Innoc. attendens appellationem non solum voce, verum & facto interponi, decrevit Danieli copiam defensionis dandam esse per tres menses, si

judicio adesse velit; vel si nolit, & latitaverit, adhuc per annum esse expectandum, qui enumerari debet ex die, in quo facto appellavit: & si per illud tempus adhuc in contumacia peristerit, Francicum esse consecrandum. Haec sunt facti series, ex qua plura notabilia deducunt Interpretes, quae & nos expositimus in secundo commentario ut *lita non consist.*

CAPUT VIII.

Idem

Veritatis est verbum organo Dominicae vocis emissum, quod arbor, quae terram inutiliter occupat, digne excidit, & in ignem mitti censetur; ut terra, quae sub nociva occupatione inutilis arboris sterilis habebatur, per novam plantationem ad fructificandum culturam recipiat congruentem. Huic nimirum arbori H. quondam Curien, Episc. non immerito comparatur, qui Curien. Ecclesiam usque modo per violentiam detinuit; & non solum, sicut dil. fil. Canonici Curien, V. S. & R. & Be. Ro. Plebanus S. Georgii ex parte vestra in nostro auditorio retulerunt, quod dictus H. praedictam Ecclesiam dilapidando depressisset, sicut publica praedicabat infamia; sed homicidio, incestu, & aliis criminibus polluit. Nos, utpote quibus haec imminet corrigenda, cum ipsi Canonici vestri e bono zelo, ut arbitramur, industi, praedictum Episcopum accusare, & intuentes enormitates eiusdem, ad aures nostras deferre curarent, timendo ne, sicut in decreto d. Gelasii continetur, Ap. offensam incurrerent, si huiusmodi excessus auditu Catholicae Ecclesiae suppressis purarent: commisit nos eam causam ven. f. n. Tudert. Episcopo, & dil. fil. Abbati Montis S. Mariae, & Praeposito de Insula: secundo quoque v. f. n. Brixien. Episcopo, & ipsi iterum Abbati, & Praeposito, &c. Verum cum ipse Episc. priorum iudicium praesentiam adire per contumaciam contempserit, & auctoritate nostra fuit per ipsos primos iudices ab officio, & beneficio e suspendus, &c. Tandem vero coram iudicibus canonica citatione vocatus, praesentiam suam difficulter exhibuit, sed frivolum tunc excusationem in malitia concepta praetendens, experiri cum Canonici in iure neglexit. Qua de causa nos de consilio fratrum nostrorum suspendentes Episcopum ipsum, vel potius suspensionem a iudicibus factam auctoritate Apostolica confirmantes, tertio super his ven. f. n. f. Cunan. Episc. & dil. Abbati S. g. Albundi causam ad superandam malitiam ipsius Episcopi commissimus audiendam, qui partibus citatis, adhibitis fecum viri prudentibus, & honestis, cum nec ipsum, nec responsalem ejus aliquem invenirent, in eundem Episcopum propter inobedientiam excommunicationis sententiam protulerunt, & testes etiam, quemadmodum ex parte vestra a nobis in mandatis acceptarent, admiserunt, Abbates, Praepositos, Priores, & alios religiosos viros, per quos quilibet articulus criminum praedictorum constat fuisse probatus. Et infra: Nos igitur videntes iudicium ordinem fuisse servatum in hoc facto, considerato praeterea, quod post sententiam in se lata celebrare praesumpserit, cum multi Praetati Ecclesiarum contra eundem Episcopum scriperant, nec unus pro eo defendendo, vel aliquatenus excusando comparuit: in nomine Domini cum Apostolo omnem inobedientiam ulcisci volentes, licet absentes corpore, tamen praesentes spiritu, iuxta verbum ejusdem Apostoli tulimus sententiam perpetuae depositionis in ipsum, & eum tam a Pontificali, quam omni officio sacerdotali privantes, sine spe restitutionis aliqua duximus condemnandum, ea nihilominus in scriptum revocantes, quatenus post inhibitionem Ap. Sed. seu factam suspensionem, & excommunicationem de rebus Ecclesiae alienare praesumpserit.

NOTAE

1 a Idem.) Neque ex hac, nec ex quarta collectione, ubi sub hoc tit. c. 1. reperitur haec decisio, constat cui mens sit hac decretalis, illud tamen facile cognoscitur, missam fuisse alicui Praetato Italiae, cum in ejus serie agatur de causa criminali mota contra Curiensem Episcopum, qui Sedem habet in Italia, non in Germania, ut vult Cujacius in praef. siquidem Curia, vulgo Chur; est Civitas Rhaetiae primae in Alpibus Cotiae, ut ex itinerario Antonini refert Carolus a S. Paulo l. 1. Geograph. fac. pag. 63.

2 b Imminet corrigenda.) Consonant textus in c. solita 6. de major. & obed. ubi: Deivum igitur papales officii exequimus, cum observamus, arguimus, & increpamus. Et c. novis 13. ubi: Quin ad officium nostrum spectat de quocumque mortali peccato corrigere quolibet Christianum, ubi jam notavi. Quod specialiter procedit in causis Episcoporum, de quibus tantum Pontifex cognoscere valet, ut probavi in c. 1. de iudic. c. Bono zelo.) Accusatio enim ex charitate debet procedere, non vero ex odio, seu vindicta, c. si quis Episcopus 2. q. 7. c. 2. de accusat. l. 5. c. de famosi libelli.

CAPUT IX.

Idem in Concilio a Lateran.

Contingit interdum, quod cum actor ob contumaciam adversae partis adjudicatur (causa rei servandae) possessio, propter rei potentiam, sive dolum actor intra annum rem custodiendam nanciscit non potest, vel acquiritam amittit: & sic (cum secundum multorum assertionem verus non efficiatur post lapsum anni possessor) reportat commodum de malitia sua reus. Nos igitur ne contumax melioris, quam obediens conditionis existat, de canonica requiritur sanctionem, ut in casu praemisso actor verus constituatur e elapso anno d possessione.

NOTAE

1 a Lateran.) Cap. 40. ut habetur in quarta collectione, sub hoc tit. c. 2. & in c. contingit, de arbitrio, ubi est alia pars iuris canonici. De hoc Concilio Later. nonnulla notavi in c. 1. de summa Priori.

2 c Elapso anno.) Et secundo decreto interposito, ut dixi in secundo commentario ad tit. ut lita non consist. Ex quo patet petendum est.

CAPUT X.

Gregorius IX. Archiepisc. a Burdeg.

Venerabilis frater noster. Et infra: Volentes b finem imponi litibus, ne immortales existant, mandamus, quatenus ad initium venturae Quadragesimae (quod tibi peremptorium terminum duximus assignandum) super iure Primatice, quod Bituricen. Archiep. in te, ac in Provincia tua se habere proponit, per te, vel per procuratorem idoneum e sufficienter instructum ad litem contestandam, & ad alia omnia negotia peragenda, quae necessaria decisioni negotii videbuntur, nostro te conspectui repraesentes. Nos vero nihilominus Archidiacono Transvigen. & Magistro M. Canonico Turon. dedimus in mandatis, ut & ipsi ad eundem terminum auctoritate nostra iuxta praemissam formam, te peremptorie citare procurant: & si non poteris inveniri, faciant ut citationis edictum per ipsos, vel alios apud d Ecclesiam tuam publice proponatur.

NOTAE

1 a Burdeg.) Historiam huius textus reuli, & sententiam a expolui in c. ult. de maior. & obed. ubi extat alia pars huius controversiae.

b Finem imponi.) Juxta notata in c. finem, hoc tit. c. Sufficienter instructum.) Idem ad agendum, & defendendum, ut explicavi in c. accedens, de procurat. d Ecclesiam tuam.) Juxta notata in c. causam 3. verbo Ad domum, hoc tit.

TITULUS XV.

De eo, qui mittitur in possessionem causa rei servandae.

CAPUT PRIMUM.

Alexand. III. a Priori, & Fratribus de Guisburch.

Constitutus in praesentia nostra R. Canonico vestro, & responsabilis Praepositi b Beril. super possessione Ecclesiae de c. Lamento (in quam causa rei servandae fueratis inducti) hinc inde fuit coram nobis aliquamdiu disputatum; tandem ex utriusque partis assertionem tenuimus, quod licet causa rei servandae tantum in eisdem Ecclesiae possessionem induci fuerit, intra annum tamen altera pars standi iuri non praestitit cautionem, licet voluntatem praestandi haberet, & vos eam parati recipere fuissetis. Ideoque decernimus, ut amodo possessionem praescriptae Ecclesiae (salvo iure quod idem Praepositus in petenda Ecclesia debere dignoscitur,) absque contradictione qualibet habeatis, nec Praepositus super eadem possessione vos audeat aliquatenus de cetero vexationibus fatigare. Ut autem nostrae definitionis sententia futuris temporibus inviolabiliter observetur, eam Apostolice duximus patrocinio roborandam, statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae definitionis infringere. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Apostolorum Petri & Pauli se noverit incursum.

NOTAE

1 a Guisburch.) In prima collectione, sub hoc tit. c. 1. legitur Gifsb. & post Conc. Later. f. 3. c. 4. habetur, Guisburch. sed ubique male, legendum enim est, Guisburchensis: Guisburchensis enim Canonatorum regularium Ordinis D. Augustini Monasterium est in occidentali Angliae finibus, hospitio S. Malachiae Hibernorum Archiepiscopi decoratum, ut tradit D. Bernardus in vita ipsius Malachiae, §. percontatus, ubi: In ipso introitu Angliae diversit ad Ecclesiam Guisburchensem, ubi habitant viri religiosi canoniam degentes vitam. Ex eo refert

Pennotus lib. 2. histor. canonice. regim. capit. 37. numer. 12. b Beril.) In prima collectione legitur, Belacensis; & post Conc. Later. d. cap. 4. de Bel. Sed legendum est Belbelacensis; Belbelacensis enim Ecclesia collegiata tituli S. Joannis est in Anglia, cujus fundator fuit Joannes Eborac. Archiepiscopus, de quo Pennotus d. cap. 37. c De lamento.) De Levisari, legitur in d. c. 4. Conc. Later. sed in dicta prima collectione, in margine emendatur, Eguinter: qua lectione retenta constat ex c. 2. hoc tit. in 1. collect. praedictos Canonicos Guisburch. super eadem Ecclesia cum Canonici de Thorin litem disceptasse.

CAPUT II.

Clemens III. a Episcopo, & Archid. Abruc.

Cum sicut accepimus, inter dil. fil. P. Subdecanum b Bajocen. & dilectas in Christo filias Abbatissam, & Conventum Sanctae Trinitatis de Cadonio super Ecclesia de Capith, coram dilectis filiis c Taurien. & Chorocen. Abbatibus, & H. Chiesien. d Archid. ex delegatione Sed. Ap. quaesito verteretur, praedictus Subdecanus de partibus assignatus, in persona propria ad praesentiam iudicum non valens accedere, responsalem ad eos cum propriis literis designavit. Venim ideo dicitur ejus procurator reprobat, quod nomen Subdecani, quem diximus, sigilli descriptum impressum non habeat. Unde iudices occasione ex suo sensu satis invalidam assumentes, moniales rei servandae causa in possessionem rei petrae miserunt, quod in personas contumacium juris videtur constitutio decrevisse. Unde cum hoc ad Subdecani notitiam pervenisset, ad Archidiam supra dictam accessit, & offerens ei sistendi iudicio cautionem, quoniam Abbas de Corinth profectus in Angliam, & Abbas Taurien. viam fuerit universae carnis ingressus, possessionem infra annum sibi de juris ordine designari cum instantia postulavit, sed non potuit obtinere. Processu vero temporis moniales ad Vv. e Rhotomag. Archiepiscopum, & dilectos filios Abbates Sanctae Catharinae, & I. de Ven. Ponte Archid. Rhotomag. litteras alias impetrarunt, quorum iudicium ideo Subdecanus, sicut asserunt, subire recusavit, quod praedictum Archiepiscopum habet certa ratione suspectum, & metuit ne conjudicetur ad partem quamlibet ejus auctoritate de facili trahatur. Quia vero nemo invitus suspectorum iudicium compellitur iudicio subiacere, diffo. v. per A. f. m. quat. si certam suspicionis causam contra Archiepiscopum ostenderit Subdecanus, antequam negotium, & ap. rem. mediante iustitia terminetur. In primis tamen ab eodem sistendi iudicio f cautione recepta, si praemissa narratio veritate nitatur, ei possessionem restitui faciat. Nec obitare volumus, quod annus elapsus esse proponitur, si per eum non steterit, quominus infra illum & possessionem receperit, & dederit cautionem: si quid autem per praedictas litteras, ex quo suspectos iudices recusavit, adversus eum super hoc noveritis contra iustitiam innovatum, in statum debitum reducat, in his omnibus sine appellationis obstaculo processuri.

NOTAE

1 a Episcopo.) Ita legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 2. in sexta autem compilatione legitur Eboracen. sed male, cum calus in presenti relatus contigerit in Gallia, in Provincia Rhotomagensi; unde non debet committi cognitio, & decisio caule Archiepiscopo Eboracensi, qui est in Anglia. Legendum ergo est, Abrucens. quae Abricensis Ecclesia est in Provincia Rhotomagensi Galliae, de qua nonnulla adduxit Cheny in serie Praesulum ipsius Ecclesiae.

c Taurien.) Ita mendosa sunt huius Monasterii, & aliorum nomina, quae in textu referuntur, ut nullo modo eorum loca, vel dioceses percipi possint. d Archidiaconus.) Supponendum est, iudices fuisse datos cum clausula, quod si non omnes, alias unus sine aliis non procedit in causa, juxta adducta in c. sciscitatus, de rescriptis. e Po. Rhotomag.) Vualterum videlicet. De Ecclesia Rhotomagensi plura adduxi in c. 24. de rescriptis. f Cautione recepta.) Juxta adducta in cap. quoniam, & in aliis, ut lita non consist. ubi adduxi quae ad hunc textum spectant.

C A P U T III.

Innocentius III. a Urbinati, & b Senogallien. Episcopis.

Um venissent ad Apof. Sed. dil. fil. Abbas e. S. Angeli pro Monasterio suo, & nobilis vir P. Gal. miles pro se, d. patre, & uxore suis, idem miles proposuit coram nobis, quod cum praedictus Abbas cum super quadam possessione coram dil. fil. n. G. tit. S. Prisca Presbytero Cardinali, tunc Ap. Sed. Legato in Marchia transisset in causam, quod ei secundum bonam terrae consuetudinem responderet coram eodem asseruit Cardinale: verum Card. ipse causam ipsorum ven. f. n. f. Efino Episcopo, & d. f. Abbati S. Helenae commisit secundum jus, & bonam terrae illius consuetudinem terminandam: sed cum iudices secundum jus tantum, & non huiusmodi consuetudinem vellent in causa procedere, ipse ab eis, tanquam qui formam mandati volebant excedere, ad nostram audientiam appellavit: sed iudices nihilominus partem adversam in possessionem rerum petitarum inducendam causa custoditae decreverunt, sic videlicet, ut si miles ipse usque ad g. annum, & diem praeter sitendi iudicio cautionem, parti alteri triginta libras restitueret pro expensis, & reciperet possessionem eorum, de quibus quaestio vertebatur. Cumque postmodum dil. fil. n. G. tit. S. Mariae trans Tyberim Presbyt. Card. A. S. L. infra annum Marchiam fuisset ingressus, ipse cautionem standi iuri obtulit coram eo, & possessionem sibi restitui postulavit. Sed idem Legatus praedictum Abbatem citavit ad causam, cui postmodum voluit idem miles expensis factis in loca, quae sex librarum summam, sicut asseruit, non excedunt: sed Abbas triginta librarum sibi restitui petiit quantitate. Et infra: Nos igitur cum praedictus miles possessionem sibi restitui peteret, Abbas vero ex secundo decreto verum possessorem se constanti postulare, intelligentes Abbatem ipsum esse confesum in iure, quod praedictus miles infra legitimum tempus Card. interpellasset eundem, imo etiam infra annum coram eodem Card. cautionem obtulit standi iuri, & Card. ad eum infra annum suas litteras destinavit, sicut ad longiore terminum citaretur: militem ipsum cautione praestita in possessionem credimus reducendum, hoc etiam decernentes, ut si consuetudinem illam, quam miles allegabat, b. laudabilem esse constiterit, quia ex hoc sequitur eum rationabiliter appellasse, ad restituendum expensas nullatenus compellatur. Quod si consuetudinem illam inveniatis reprobam, cum ex hoc appareat eum frustratorie proclamasse, ad restituendum cogatur expensarum illarum, quas Abbatem confiteri propter hoc necessaria fecisse.

NOTE.

1 a Urbinati. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. Urbinum, vulgo Urbino, est Civitas Episcopalis Italiae in Romandiola, in Piceno Annonario: habet Ecclesiam Cathedralis perantiquam, cujus Episcopo Leonio dicto scripsit Greg. Mag. lib. 1. epist. 24. b Senogallien. Senogallien. Civitas, vulgo Senogallia, est etiam in Italia, in Provincia Marchia, teste Pomp. Mela l. 2. de situ orbis, c. 4. cujus Episcopus Venantius subscripsit in Conc. Romano 4. sub Symmacho. c Abbat. S. Angeli. Quod Monasterium est Ordinis Div. Benedicti in ipsa dioecesi Senogallien. ut refert Tambur. t. 1. de iure Abbat. in taxa Abbat. verbo Senogallia.

d Patre suo, & uxore. Pro quibus, & sine mandato admitteri poterat, ut probavi in c. constituti, de procurat. e l. tit. Idem Joannem Presbyterum Card. cujus legationis causam refert Spondanus in continuat. Baronii, anno 1201. n. 1. f Efino Episcopo. Efinus Civitas etiam est Provinciae Marchiae, hodie dicta Gels, cujus meminit Ptolemeus l. 3. c. 1. Efinus Episcopus Martianus subscripsit in Conc. Romano 3. sub Symmacho. g Ad annum, & diem. Cum praescribitur in terminum annus, aut mensis, plerumque additur unus dies, ut facilius cognoscatur terminus esse elapsedum, l. ubi lex, ff. de R. J. l. 2. c. de temporibus appell. jam notavi in c. 1. h Laudabilem esse. Iudices ecclesiastici an teneantur juxta consuetudines a laicis legitime praescriptas sententiam proferre, jam examinavi in cap. Eadela, de consir.

C A P U T IV.

a Gregorius IX.

SI adversarius tuus post citationis edictum b ad remota loca se transferens procuratorem legitimum non dimisit, & denuntiatione publice facta, c domi non apparet, qui defendat eundem, jure petere potes, ut in possessionem earum terrarum, de quibus quaestio vertitur, causa d custodia inducatur.

NOTE.

1 a Gregorius IX. Proprio motu, & a nemine consultus hanc edidit constitutionem, ut saepius ipsum fecisse, jam notavi in cap. fin. de consuet. b Edictum. Peremptorium videlicet, ut probavi in cap. quoniam, §. in aliis, ut lite non consist.

c Casa domi. Juxta notata in cap. causam, de dolo, & contum. d Causa custodia. Ex primo decreto videlicet, ut ex polui in secundo commentario ad titulum, ut lite non contestata, ex quo mutanda sunt, quae ad hunc titulum spectant.

TITULUS XVI.

Ut lite pendente nihil innovetur.

C A P U T PRIMUM.

Alex. III. a Eborac. Archiep.

Memoria nostra non excidit, qualiter in b primo anno nostrae promotionis transcriptum litterarum felicis memoriae praedecessoris nostri e Honorii nobis feceris praesentari, in quo continebatur, antecessoribus tuis Ap. benignitate esse indulgentem, ut tam eis, quam successoribus tuis liberum esset per totam Angliam ante se crucem deferre: nos vero antecessoris nostri vestigiis inhaerentes, tibi subscripti nostrae munimine confirmamus, quod antecessoribus tuis fuerat a praedecessore nostro clementer indulgentem. Postmodum vero sancta, & veneranda memoria d. T. quondam Cantuar. Archiepiscopus, existimans hoc e in praedictum sui juris, & suae dignitatis redundare, exinde cepit quaestionem movere. Unde propter hoc ad Sedem Apostolicam appellavit, affirmans, si bene meminimus, quod tibi, & praedecessoribus tuis id nullatenus licuisset: sicque factum est, quod per nostram tibi scripta prohibuimus, ne in Provincia Cant. Ecclesia, donec de ipsa causa cognosceretur, ante te crucem deferre aliqua ratione audeas. Quia ergo per dil. fil. nostros I. & A. Clericos tuos gravem coram nobis quaestionem deposuisti, asserens, quod de possessione hujus rei, quam tu, & antecessores tui habuisti, ante cognitionem iudicii spoliastemur: Nos volentes tibi, tanquam vener. fratri nostro deferre, & jura tua integre, & illibata servare, praesentibus litteris statuimus, quod littera prohibitionis nostrae nullum tibi praedictum faciant, quominus tibi, & successoribus tuis liberum sit, quemadmodum vobis est beneficio privilegiorum Ap. Sedis indultum, & tu, & praedecessores tui id facere consueveris, ante vos per totam Angliam f deferre crucem, quousque definitiva sententia decernatur, an Ecclesia tua debeat de jure hoc habere.

NOTE.

NOTE.

1 a Eboracensis. Ita legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 1. De Eboracensi Ecclesia, & ejus Praelatis jam aliqua notavi in c. inter 4. de rescriptis. b Primo anno. Qui fuit annus Christi 1160. hac autem epistola missa fuit anno 1161. quo iterum suscitata fuerunt controversiae inter Cantuariensem, & Eboracensem Archiepiscopos, ut refert Baronius an. 1175. c Honorii. Legendum existimo Adriani IV. qui fuit immediatus praedecessor Alexandri III. quod facile suadet ex eo, quia Alexander appellat ipsum H. Antecessorem; & quia Hadrianus IV. natus erat in ipsa provincia Eboracensi; unde majori affectu eam Ecclesiam prosequebatur, quam Cantuariensem: quod contrarium omnino evenit in Honorio II. qui Vivillelmum Archiepiscopum Cantuariensem consecraverat, ipsique vices suas commiserat, & Legatum constituerat per Angliam, & Scotiam, ut refert Coriolanus in brevuario, anno 1125. Unde credi non potest, tempore, cum Archiepiscopum Cantuariensem Legatum in universa Anglia constituerat, in ejus praedictum Archiepiscopo Eboracensi concessisse, ut crucem perferret per totam Angliam. d T. Sanctus Thomas videlicet, de quo aliqua notavi in c. 2. de rescriptis.

e Hoc in praedictum. Controversia diu fuit inter Archiepiscopum Cantuariensem, & Eboracensem, utroque sibi vindicante Primatum Angliae, quae his finita fuit Cantuariensi Primatu adjudicatum in Concilio Anglicano apud Ventimantiviam celebrato jussu Alexandri III. ut refert Baronius anno 1175. Poenitentia temporibus Alexandri III. elegerant inter eodem varie controversiae, quae disceptatae fuerunt in Concilio Anglicano apud Westmonasterium celebrato anno 1175. & quae majoris momenti erant, per appellationem ad Pontificem delatae fuerunt, inter quas ut praecipua refertur a Rogero, & Malesburg. quae in hoc textu refertur, videlicet crucem tantum esse defendendam a Cantuariensi Archiepiscopo, quia hoc vexillum deferre proprium est Patriarchae, seu Primatis, c. antiqua, de privilegiis. quae Cantuariensis Archiepiscopus, ut Primas Angliae intendebat crucem ipsam tantam, non vero Eboracensem deferre posse. Alexander III. decrevit Eboracensem Episcopum non posse in Cantuariensi Provincia crucem deferre, donec causa cognita sententia definitiva profertur: sed tunc procuratores Eboracensis Praefatus populoerant ab Hadriano IV. ipsius Alexandri praedecessore concessum esse Praefatis Eboracensibus jus deferendi vexillum crucis per totam Angliam, & in hac quasi possessione jam Archiepiscopum constitutum esse, atque ita non debere lite pendente ea privari: quare rectius perpensa hac quaestione Alexander in praesenti rescriptis Archiepiscopo Eboracensi, ut crucem per totam Angliam deferret, quousque lis ipsa decideret; hujus tamen controversiae decisio ad Romanum Pontificem fuit delata: tum quia cognitio causarum majoris momenti, & decisio ad ipsum spectant, ut probavi in c. 1. de trans. Epist. tum quia lites Archiepiscoporum deciderent semper conluevit Romana Ecclesia, ut litem quam Alexander tuis Viennensis habuit Zosimus epist. 1. Burdegalenis cum Bituricensi, c. ubi de majori, & obed. Toletanus cum Bracharensi, c. causa, de integ. restit. in terminis hujus textus, quam habuit per annos 1200. Archiepiscopus Toletanus cum Archiepiscopo Tarracensi, & Castaragust. Toletanus enim ut Primas Hispaniae asserere se habere jus deferendi crucem etiam per eorum provincias; & cum illi negasset hoc jus Toletano competere, Joannes XXII. ejus causae decisionem sibi reservavit, ut refert Mariana l. 15. hist. c. 17. Zuzita in indice, & ex eius Spondanus in continuat. Baronii, h. anno 1220. n. 7. f Deferre crucem. Crucem deferant ante se primo per universum orbem R. Pontifex, Anastasius Biblioth. in Leone II. ibi: Nescio quae crucem ex auro purissimo geminis ornatum, quam Carolus pater memoratus Imperator Francorum, & Romanorum in Basilica Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, qua Constantiniana nuncupatur, temporibus Domini Leonis sanctae recordationis

Tertii Papa obtulerat, quae mos erat, ut in Litanis ante sacrosanctum Pontificem ipsa procederet, & sic permansit usque ad tempus sanctae recordationis Domini Pastoralis Papa. Etiam Pontifex iter faciens Augustissimum Eucharistiae sacramentum praevium semper habuit, ut de Paulo III. Clemente VII. Leone X. Julio II. Alex. VI. Gregorio XI. Stephano III. refert Coriol. in breviario, anno 1592. Secundo crucem deferant per totam Provinciam sibi commissam Legati Sedis Apostolicae; Innocentius III. lib. 3. regestr. 15. epist. 19. ibi: Dominica cruce vexillum per totam diocesis, & Episcopatus tibi subditos ante te deferendum, fraternaliter tua licentiam impertimur. Ea legationis ratione apud Carvium Episcopum in vita S. Stephani Ungariae Regis, & ex Surio die 30. Augusti, legitur D. Stephano vexillum crucis praefatum; quia scilicet vice Romani Pontificis Regni Ecclesiarum dispositio ei data erat. Tertio Patriarchae, seu Primates ubique, etiam extra suam provinciam crucem deferre valent, praeter quam in urbe Romana, & ubi fuerint A. S. Legati Pontificaliibus insignis utentes, c. antiqua, de privilegiis. De S. Thoma Cantuariensi refert Guillelmus Neubrig. l. 2. de republ. Angl. c. 16. in hoc verba: Curiam ingressus est Thomas crucem argenteam ante se portare solitum propria manu insulam, volentibusque quibusdam qui aderant, ministerium portante ante Metropolitanum propriam crucem suscipere, admitti. Quarto etiam deferant crucem ante se Archiepiscopi, quia olim tunc erant Legati nati, Clement. ult. de privilegiis, aut quia hoc jus sibi vindicant, aut quia jura Patriarchatum cum ipsis, & nomina saepius conliduntur, ut observavit Coriolanus lib. 1. observ. c. 11. Crucem auream gestasse Livvordum Trajectensem Archiepiscopum, scribit Joannes Gebrandus in chron. Belg. l. 2. c. 39. ibi: Quidam sanctissimi viri Livvordi crucem auream, quam ipse in itinere religiosum sacra portare consueverat, cum aliis ecclesiasticis rebas, antiqui deceptoris persuasione illis ab ipso rapuit. Duplex tamen agnoscitur discrimen inter delationem crucis Patriarchalis, & Archiepiscopalis. Primum ratione loci; nam Patriarcha etiam extra provinciam suam eam deferret; Metropolitanus vero tantum intra provinciam. Secundum consistit in forma crucis; nam Patriarchae ligno transversario gemino constantem praefertur, & lignum superius transversum brevius est, inferius autem longius; Archiepiscopi vero uno duntaxat ligno transversario crucem compositam praefertur, ut notavit Cajacius in c. sane 3. de foro compet. Lipsius in notis ad librum de cruce, Hieronymus Roman. pari. 3. Reipubi. Christian. lib. 2. c. 6. & lib. 3. cap. 6. Tandem & Episcopus aliquando prelatam fuisse crucem, necnon & Regibus, probant Novarius lib. 3. sibi. capite 1. Grethlerus de cruce lib. 2. c. 37. Codinus de offic. domus Aug. c. 5. Bosquetus ad Innoc. III. lib. 3. epist. 19. Sed jus hoc deferendi crucem restrictum est; nam soli Romano Pontifici, & Legatis, qui unquam insignibus Apostolicae dignitatis, Patriarchis, & Metropolitanis crux praefertur. Usus hic antequam deferenda crucis ex caeremonia supplicationum publicarum originem habuit, in quibus cruces adhibebantur, ut refert Socrates lib. 6. c. 8. Solorzanus lib. 8. c. 8. & eo exemplo passim in omnibus Occidentis, & Orientis Ecclesiis cruce prelatam ab una statione ad alteram Clerus, & populus procedebat; unde vetitum a Justiniano fuit in novella 123. ne Litaniae, & supplicationes publice fiant aliter quam prelatam cruce. Hinc consuetudo quoque illa emerit, ut eximiae dignitatis viri ad urbem accedentes crucibus antelatis exciperentur; quod gestum in Graecia erga Legatos Hormisdae ipse refertur in communitorio: & Romae eadem pompa excipiebantur Exarchae, quae adhibita est in adventu Caroli Magni, ut observat Anastasius in vita Adriani, ibi: Venerabilis crucibus, sicut mos est ad Exarchum, seu Patriarium suscipiendum; inde etiam indultum fuit, ut ante primos Ecclesiae Praelatos cruce deferretur. Ut etiam ignis deferretur ante Imperatorem, ut probavi in c. sane, de celebr. Missar. De eodem usu deferendi crucem apud nos extat lex 2. tit. 1. lib. 1. ordinamenti, ubi notavit Didacus Perez gloss. 2. & l. 7. tit. 1. lib. 1. recipit. & plura congessit Andreas Saulay speciali episcopo de ritu deferendi crucem.

NOTE.

1 a Caesitini. In sexta collectione legitur Clemens III. sed legendum esse Caesitinus III. constat ex secunda collectione, ubi hoc tit. c. 2. reperitur hac decisio: & ex c. laudabilem, de frigid. & malef. c. insperet, qui matrim. accus. c. 1. de except. c. laudabilem, de convers. infid. c. laudabilem, de cognat. spirit. in 2. collect. rursus, qui clericus vel voc. c. praeterea 27. de testibus, ubi reperiantur aliae partes hujus decretalis. b Cum Alexander III. Corrigendum est, & legendum Alex.

C A P U T II.

a Caesitinus III.

Laudabilem, &c. Et infra: Quare iterum, quando matrimonium accusari contingit, an statim sit carnale commercium suspensendum, aut aliquandiu dissimulari possit, vel potius sustineri. Ad quod breviter respondemus quod cum b Alexander III. aperte prohibeat, ne ab invicem, donec causa iuste sit examinata, separentur, & c. Symmachii Papa continere institutum, ut Praelatus aliquis accusatus, antequam ea quae obijciuntur, in luce clarescant, relinquit non debeat a subiectis; in praesenti articulo conjugum alteruter accusatus, ante probatam accusationem, jure quod habet in altero privari non possit.

NOTE.

1 a Caesitini. In sexta collectione legitur Clemens III. sed legendum esse Caesitinus III. constat ex secunda collectione, ubi hoc tit. c. 2. reperitur hac decisio: & ex c. laudabilem, de frigid. & malef. c. insperet, qui matrim. accus. c. 1. de except. c. laudabilem, de convers. infid. c. laudabilem, de cognat. spirit. in 2. collect. rursus, qui clericus vel voc. c. praeterea 27. de testibus, ubi reperiantur aliae partes hujus decretalis. b Cum Alexander III. Corrigendum est, & legendum Alex.

II. cujus sententia reperitur ad Gratianum in c. multorum, 35. q. 6. ibi: Causam illam examinaverit. c Et Symmachii Papa. Reperitur in c. 1. 8. q. 4. plerumque enim requiratur matrimonium carnale, & spirituale; & quod in uno disponitur, in alio observatur, c. sicut, cum aliis, q. 7.

COMMENTARIUM.

EX hujus Decretalis praesenti fragmento sequens deducitur disputanda assertio: Conjuges pendente lite super matrimonio prius non debent iura, quod habet in alium conjugem, &c. Conclussio & probatur.